qui offerebatur tibi. Et in die magno feſtiuitatis ſtabas in tēplo ꝛ clamabas voce magna dicens Si quis ſitit: veniat ad me ꝛ bibat: ꝛ de vētre eius fluent aque viue Et cū hec oīa ageres ꝛ doceres nō crediderunt tibi: ſed reſiſtētes in omnibus. Tu vero piiſſime Jeſu ſub cuius poteſtate cūcta ſunt poſita: ꝛ ſub cuius ira contremiſcit oīs creatura. Non reſiſtebas eis cū poteſtate: ſed cū tanta humilitate ſubdidiſti te hūane fragilitati vt non auderes ambulare in aperto ꝑ timore inimicoꝝ tuorum. O bone ieſu ſic doce me voluntatē meā ſubdere tue diuine voluntati vt nihil ſit inter me ꝛ te niſi vna voluntas. ¶ De conſilio aduerſus xp̄m: ꝛ de eius venditiōe: de ꝙ eius cena nouiſſima: ablutiōe pedū ꝛ ſacramenti eucharíſtie inſtitutione.

Laudo ꝛ glorifico te dn̄e ieſu xp̄e ꝓpter malignum concilium, qḋ collegerūt pontifices ꝛ pharisei cōtra te ſapientiā patris: quomodo te eternā libertatem omniū noſtrum dolo tene-

rent ⁊ occiderent: dicētes apud ſe: non
recte cogitantes: circūueniamus iuſtū:
quoniam contrarius eſt operibus no-
ſtris. Morte turpiſſima condēnemus
eum: ⁊ auferamus memoriā illius de
terra: ⁊ properabant ad deuorandū te
appendentes mercedē tuam triginta ar
genteis. Sed tu nobilis theſaurus bo-
norum omniū: ſequenti die ad veſpe-
ram veniſti cum diſcipulis tuis in ce-
naculum: vbi parauerunt tibi paſca: ⁊
dixiſti. Deſiderio deſideraui hoc paſca
manducare vobiſcū anteꝗ̃ patiar. Et
poſtꝗ̃ carnem agni paſcalis cum diſci-
pulis tuis mādu caſti: ſurrexiſti a cena:
⁊ poſuiſti veſtimenta tua: ⁊ humiliter
te inclinaſti ad pedes diſcipulorū tuo-
rum lauans eis pedes ⁊ extergens lin-
theo: ⁊ poſtea reſumēs veſtimenta tua
iterum recubuiſti ⁊ dixiſti. Scitis quid
fecerim vobꝭ? Ego magiſter et dominus
exemplum dedi vobis: vt et vos ita fa-
ciatis. Et inter cetera verba que dixiſti
turbatus es ſpiritu: ⁊ proteſtatus dixi-

ſti Amen dico vobis: q vnus ex vobis me tradet: ⁊ illi turbati ⁊ heſitantes qs eorum eſſet. Ceperunt ſinguli excuſare. Cenantibus aūt illis: accepiſti panem ⁊ fregiſti ⁊ dediſti diſcipulis ſuis dicēs Comedite ex hoc oēs: hoc eſt em̄ corp⁹ meum qd̄ p vobis tradetur. Similiter ⁊ calicem dicēs. Bibite ex hoc oēs: hic eſt calix noui teſtamenti: hoc facite in meā ꝯmemorationē: ⁊ inter hec diſcūbens erat in ſinu tuo diſcipul⁹ ille quē diligebas: ⁊ hauſit de ſinu tuo quod hauſeras de ſinu patris tui.

De ſermone dn̄i ieſu habito cū diſcipulis ſuis poſt cenā

Gracias tibi ago dn̄e ieſu xp̄e: ꝓpter amabilem ⁊ fidelē ſermonem: quē cum diſcipulis tuis habuiſti: cū eis hereditatem regni tui participaſti: ⁊ eos tua paterna doctrina docuiſti dicēs. Mandatum nouū do vob̄: vt diligatis inuicē ſic dilexi vos. Et q̄ diligit me/ſermonē meū ſuabit: ⁊ ego diligā eum ⁊ manifeſtabo ei meipm̄: ⁊ ego ⁊ pr̄ me⁹ veni